In nomine domini amen. Quoniam decens et honestum est, quod cuncta gesta mortalium que presentibus aguntur temporibus ne simul cum tempore
memoria hominum elabescat scripturarum apicibus ac voce testium eternetur. Ex Nos igitur Wasko Woyewoda Bidgostiensis vnus heres de Kuszmowo
vnacum filiis meis karis Henrico et Jozeph non coacti nec compulsi nec aliquo zelo seducti sed sano animo et bona voluntate ac aliorum consang-
wineorum nostrorum consilio. Volentes bona ecclesie sancti Sepulchri ratificare et ampliare. Venerabilibus et religiosis viris dominis domino ffrancisco et
fratribus ordinis domini Sepulchri ad quos spectare [illegible] Henricus / dedimus et assignamus incorporamus demus ortum quemdam per nos [illegible] datum
velut in privilegio habetur contulisse [illegible]. In quo orto contulissemus sunt tria iugera agrorum pratorum et virgultorum ut cetera, et si quid in dictis orto
et pratis seu virgultis superfuerint tunc prepositus et fratres memorati et successores eorum habebunt [illegible] tenere et tractare, eradicare et extirpare ac ad usus
meliorem cultum. Nichilominus tam kmethonibus Jan Scowronek et Scolteto et aliis incolis orto adiacentibus perpetuum silencium imponentes.
Insuper adiungimus preposito et fratribus prefatis liberam libertatem pascendi pecora et pecudes eorum in nostra hereditate predicta absque nocumento frumentorum
et pratorum nostrorum et incolarum ville predicte. Item concedimus largimur preposito et fratribus de ecclesia sancti Sepulchri ligna sicca et iacencia secandi in nostra
silua dicta Chosgelwg et de duce absque ullo impedimento. Item damus sepedictis fratribus rubetum secandi ad sepiendum et ad comburendum sepes
in tota nostra hereditate ubi poterint invenire. Ut autem predicte donacionis assignacionis et ratificacionis robur obtineat firmitatis
perpetue presentem literam sub forma privilegii scribi iussimus sigilloque nostro consueto decreuimus communiri. Datum et actum in domo meorum
sancti Spiritus in die Petri et Pauli beatorum apostolorum Anno domini M° ccc lxxx v presentibus nobilibus et strenuis viris. Lodwico herede de Rad-
lowo, Nicolao dapifero [illegible] Ryppin, Thome herede de Opalenicze, Jancone herede de Prangkowo, domino Stanislao plebano de
Ryppin et aliis quampluribus fidedignis.

[illegible]

29. VI. 1385

Donatio horti ... Soleah per Washo ... Bitges ... Capitulo

... 29. ... 1385.

16

Extra ...
... 1 Mo.

6.

In Castro Cassoviensi
Fer. 3. post Fest. S. Thomae Apli sexta die 22.
Mensis Xbris A. D. 1789.
Praesentis Privilegij Sub hoc Actu
Suscepta Oblata
Thester Raymundus de Korytovo
Korytovski Actu Abauj. Susceptor
juratus mpp.
Oblata